

GEORGIVS A FRONSPERG EQVES.



Georgius ex nobili familia à Freūndsp erg in Goppido Sueviæ Myndelheim natus & educatus est. patrem habuit Huldricum uirum strenuū, qui primus Sueuici fœderis dux extitit. Is filiū suū egregia indole & mira membrorū fortitudine præ ditum in omnis generis uirtutibus instituit. Vnde paulatim corporis et animi dotibus insignis etasit. Erat enim membrorum robore usq; adeò ualidus, ut extento tantùm medio dextre manus digito, ualidissimum quēq; firmo innixum uestigio facile dimoueret, prætercurrentem equum arrepto fræno sisteret, tormentumq; murale solus innitens humeris quò uellet propelleret, in itinere faciendo libenter abdicaret equum, ut pedibus gregariorum militum & iuuenū iustos passus anteiret, atq; alios suo exemplo ad iter alacriores redderet. Prima is mili-